

(Archivio della S.C. de P.F. Lettere e Decreti della
S.C. e Biglietti di M. Segretario 1891. Vol. 387. Fol. 668v.)

Decretum.

Protoc. 3678 = Jam ab anno 1886 instante Abbate Generali Congregationis
Benedictinae Helveto-Americanae ab Apostolica Sede in-
dulta fuit erectio Prioratus et novitiatus in loco a S.
Benedicto nuncupato Dioecesis Petriculanae in Statu Arkan-
sas Statuum Americae Septentrionalis foederatorum. Ex eo
autem tempore hic Prioratus continua habuit incrementa;
ita ut in praesentiarum inibi duodecim Sacerdotes, duo-
decim clerici professi partim ad sacros ordines promo-
ti, et partim promovendi ^(sex fratres laici et quatuor novitii) adnumerentur, qui omnes inibi
vitam ducunt regularem, et ex sacerdotibus aliqui curae
animarum incumbant; alii vero juventutis instructioni
ac christiana institutioni; et insuper monasterium suf-
ficientibus redditibus auctum inveniatur etiam pro ma-
jori monachorum numero.

Cum igitur monasterium hoc seu Prioratus universis iis
praedictum reperiatur, quae ab Ordinis Constitutionibus
requiruntur pro Abbatis instituendis, ac insuper R.P.
Episcopus Petriculanus ex erectione ejusdem Prioratus
in Abbatiam magnum religionis incrementum in sua Dicece-
si obvenerunt pro certo habeat, modernus Abbas Generalis
Congregationis Benedictinae Helveto-Americanae suppli-
cibus precibus ab Apostolica Sede instanter petit ut
Monasterium hoc seu Prioratus in Abbatiam erigere cum
juribus ac praeminentiis ad formam Regularum Congrega-

tionis PP. Benedictinorum, Sacrorum Canonum et Apostolicarum Constitutionum, ac insuper titulo Subiaci (Subiaco) decorare dignaretur.

Re itaque per infrascriptum Sac. Cong. de Propaganda Fide Secretarium in Audientia diei 2 Augusti 1891 SSno D. N. Leoni XIIII relata, Sanctitas Sua preces uti supra benigne recipere dignata est, et erectionem novae Abbatiae approbare ac confirmare.

Romae 13 Augusti 1891.

Concordat cum originali

A. O. Zen. Borgin. Resp. Archivii

S. C. de Prop. Fide

22 Febr. 1907

